

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Conuicium p  
cum uariis

Ipsa aperte inuidet, abiecte fingit, seruiliter superbit; indicit ut dominus, exigit ut tyrannus, calumpniatur ut barbarus; tota die a metu armatus, ab auaricia ieiunus, a cupiditate terribilis, a uanitate crudelis; in consilio tacet, in ecclesia iocatur, in ieiunio predicat, in cubiculo dampnat, in questione dormitat. Implet cotidie siluas latronibus, uillas hostibus, altaria reis, carceres clericis.

Sydonius libro II. epistola prima.

---

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>):

Concilium p] Concilium r P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; metu] me tu L<sup>2</sup>; consilio] concilio B; cubiculo] cubilo B C, cubili P V<sup>1</sup> V<sup>2</sup> L<sup>1</sup> L<sup>2</sup>; dormitat] predicat (*cor. intra*) M; prima *om.* L<sup>2</sup>